



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio V. De Iudicibus, & processu judiciatio observando in crimine
hæresis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

rumque sit observatio, nulla est etiam necessaria eorum explicatio. Vide Auc̃. Method, hoc loco, ubi etiam, uti & §. 2. De pœnis credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum hæreticorum agitur, & §. 3. de pœnis eorum, qui sunt negligentes in puniendis, & exterminandis hæreticis.



SECTIO V.
De Judicibus, & procedendo
in iudiciario observando in
crimine hæresis.

Tota hæc sectio per 7. §. 8. potissimum pertinet ad loquitosos hæreticæ pravitate, quorum in nostra Germania, cum vix sit usus, sit autem multa in Hispania & Italia &c. illis major explicatio relinquatur. Videntur tamen de his etiam potest Auc̃. Method.

TITVLVS VIII

DE SCHISMATICIS, ET ORDINATIS AB
ILLIS.

§. I.

Quid sit Schisma, & quomodo ab hæresi differat, & qua sint pœna iure decreta in schismaticos.

Schisma est disjunctio, per quam quis se ab unitate Ecclesie separat, in quantum est corpus mysticum ex universis fidelibus & Romano Pontifice tanquam capite constans. Differt ab hæresi, quod hæc directe opponatur fidei, fidei scilicet doctrinam negando, schisma vero repugnet charitati, Ecclesie unionem, quæ, quæ in charitate consistit, scindendo, & quod omnis quidem hæreticus, schismaticus sit, non tamen omnis schismaticus, hæreticus sit, cum omnis ille, qui erroneam contra fidem doctrinam fovet, ab Ecclesie unionem se

separet, non autem, qui se separat Ecclesie unionem, semper fovet errorem contra fidem doctrinam, in quantum scilicet omnes quidem fidei articulos profitetur, & Romanum Pontificem etiam, ut caput Ecclesie, agnoscit, obedientiam tamen huius ex pura voluntate se subtrahit, non parendo, g. episcopi præceptis, quatenus vici Christi in terris gerit, & Ecclesie caput est.

Pœnæ schismaticorum eadem pœnæ sunt cum pœnis hæreticorum. Videatur de hac, rari casus, materia, & ut alicujus in partibus nostris usus, Auc̃. Metho.